UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniæ, 1611

Præparatio ex L. Granatensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48641

Visual Library

PRAEPARATIO EX LVD. GRANATENSI.

Ad fructuoſam Communionem requiruntur tria.

- Puritas mentis.
  - *Vt à peccatis mortalibus abſtineas, & de commiſſis ex corde doleas.*
  - *Vt omne odium & auerſionem à fratre, deponas, quia eſt Sacramentum Vnionis.*
  - *Vt ab omni turpitudinis ſpecie abhorreas, quia ſumis corpus puriſſimum.*
  - *Vt coneris etiam venialia vitare peccata, & cogitationes vanas & mundanas, quia deuotionem impediunt.*
- Intentio recta, vt communices.
  - *Non, ex conſuetudine.*
  - *Non, vt placeas hominibus.*
  - *Non, vt tuam conſolationē quaeras.*
  - *Sed vt verum Chriſti ſpiritum imbibas: nempe veram charitatem erga Deum & proximū, profundam humilitatē, & ardens patiendi cum Chriſto deſiderium.*

Vt

Deuotio actualis.

- Vt ores Deum ſine diſtractione.
- Vt piè & ſpiritualiter erga Chriſtum ſis affectus.
- Vt magna reuerentia eum adeas, tanquam filium Dei, & creatorē mundi, tuumq́; redemptorem.
- Vt magno cū deſiderio & fame ſpirituali hūc cæleſtem cibum, conſiderando ingētes eius fructus ſumas.

Poſt communionem.

1. Age Chriſto gratias, quod dignatus ſit animæ tuæ domum intrare.
2. Exerce actus amoris, quaſi ſpiritualiter eum complexando, tangendo, oſculando & rogando vt tecū maneat.
3. Expone ei miſerias tuas, inſpirationes, & ſeruiendi ei deſideria. Pete vt domum tuam veris virtutibus exornet.
4. Orationem vocalem ex officio B.V. adiunge.
5. Diem communionis maiori modeſtia & pietate, quàm reliquos, tranſige, ne calor deuotionis facilè pereat.

REME-